

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXII. Proponat in Ecclesiâ non sua somnia, aut humana adinventâ & commenta,
sed divina oracula, seu purum & sincerum Dei Verbum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

scopum & argumentum propositi textus assequatur, eumque in Concione, quasi futuram conclusionem præfixum habeat, 2. ut sciat, ex quibus locis cognatis probationum generare, quomodo ea collocare & digerere debeat. 3. ut Methodum certam in informandis auditoribus & iuvanda ipsorum memoriâ servare possit. Si unus textus plura dicendi genera involuta habeat, ut Evangelicæ pericope, Epistolæ, Psalmi &c. tum diligenter attendat Præco Christi, quid in textu ad *informationem*, quid ad *redargutionem* &c. pertineat vel faciat. Si vero contingat, ut unicum tantum Genus, scopum & argumentum textus præfens habeat, tum eundem quidem textum ad alia dicendi genera applicare & accommodare potest, ita tamen ut salvum semper maneat discrimen inter scopum & argumentum & eorum applicationem, de quibus omnibus vide prolixè disferentem *B. D. Hulsemannum*, Orator. Ecclesiast. cap. III. & IV. itemque *B. D. Carpzovium* in Hodeget. in Observat. Generalib.

LXII.

Proponat in Ecclesiâ non sua somnia, aut humana adinventâ & com-

Aa 3

men-

menta, sed divina oracula, seu purum & sincerum Dei Verbum.

Ἐξηγήσις.

PRincipale Ecclesiæ Ministrorum officium est διδάσκειν. τὰυτα διδάσκει, inquit Paulus ad Timotheum I, Epist. VI, 2. *Hec doce.* Est autem διδάσκειν, specialiter acceptâ voce, *sanâ doctrinam proponere*, tradere coelestē veritatē, informare in dogmatibus fidei, unde διδάσκαλος Tim. III 16. est, *quâ docetur, quid de unoquoque religionis capite statuendum sit.* Ei opponitur ἑτεροδιδάσκων I. Tim. I. 3. quod sive *aliter docere*, sive *aliud docere* verba, perinde est, utrūq; enim Apostolus prohibet, h. e. non solum ad *genus doctrinæ*, sed etiam ad *modū docendi* respicit. *Aliud docent*, qui docent, quæ in Scripturâ pugnant. *Aliter docent*, qui proponunt quidem verbum Dei, sed nec sincere, nec integre, sed vel addunt de suo, vel demunt, vel interpolant, miscentes divinis humana, veris falsa, utilibus inutilia, necessariis non necessaria, curiose conquisita &c. Non est itaq; liberum Concionatori, quæcūq; ipse voluerit docere vel prædicare, sed ex officio adigitur, ut doceat & loquatur τὰ λόγια Θεῶν, ut pascat gregē sibi commissum,

-nom

82A

missum, non humanis commentis aut somniis
 sed cælestis doctrinæ pabulo. Sic Petrus I. Ep.
 IV. II. εἰ τις λαλεῖ, ὡς λόγια θεῶ (supple, λαλεῖτω)
 Qui loquitur (in Ecclesia) sermones Dei loqua-
 tur, Lorinus in Comment. refert ad Verbi Dei
 veritatem, ut hîc sensus sit; Qui publico docendi
 munere in Ecclesiâ fungitur & concionatorem agit,
 loquatur verum, purum, sincerumque Dei verbum,
 non admisceat paleas rîcico, aut vino aquam. Est
 ergo ὡς illud non similitudinis & imitationis
 tantum, sed veritatis & sinceritatis, ut Joh. I.
 14. Sicut enim vires, quas admittitur Deus in
 Ministerio sunt principium operandi seu
 διακονίας sic τὰ λόγια θεῶ, sunt norma loquen-
 di, seu λαλίας in divinis, observante B. Dorsteeo
 Pentadec. disput. I. §. 18. Non ergo de formâ
 & modo, sed de materia prædicationis agitur.
 Confer Rom. XII. 6. unde idem Apostolus ad
 Timotheum Prædica, inquit, verbum. Tim.
 IV. 2. Ambrosianus ita habet; Prædica hoc ver-
 bum, scil. de quo modo cap. III. vers. ult. Et Epist.
 I. cap. VI. v. 20. τὴν ὡς τὰ ἀθήνη. Hac de posi-
 tum custodi, devitans prophanas vocum novitates
 & oppositiones falsi nominis (τῆς ψευδαυμίας) sci-
 entie. Quid est depositum, inquit Vincentius
 Lorin. Commonit. cap. 27. i. e. quod tibi credi-
 tum est, non quod à te inventum; quod accepisti,
 non quod à te inventum; quod accepisti, non

non quod excogitasti, rem non ingenij, sed doctrinae. 1. Tim. V. 17. commendat eos, qui laborant in Verbo & doctrina. In Domo Dei, quae est Ecclesia, 1. Tim. III. 15. nihil aliud sonet, quam Verbum Dei. *predicate*, inquit Christus, non quicquid inciderit, non traditiones humanas, non fabulas de Purgatorio, sanctorum apparitionibus &c. non phantasmata rationis, aut visiones & somnia Fanaticorum, sed *Evangelium omni creaturae*. Marc. XVI. 15. Legato Dei apud populum Dei, quid potius proferendum est, quam Verbum Dei, in legem & Evangelium distributum. In civili negotio Legatus, si extra mandata quidpiam forte dixerit, accusatur *παράνομος* & obit legationis. Orator sacer pro Christo legatione fungitur, 2. Cor. V. 20. quare non nisi divinum Verbum ex ore Christi vel ab ipso met Deo acceptum, eloqui debet. Olim in regno Antichristiano Thomas, Lombardus, Aristoteles utramque paginam faciebant in Scholis, Academiis & cathedris Ecclesiasticis; Christus, Prophetae, Apostoli *ὁ δὲ ἱεὺς ἐν ἀγῶνι* erant, *ὁ δὲ ἱεὺς ἐν ἀγῶνι*. Alius Sacrificulorum pro concione proponebat Aristotelis Ethica, alius Thomae Aquinatis, aut Lombardi, aliorumve Scholasticorum argutas nugae & ineptias, alius Pontificum decreta, alius Sanctorum Legendas

das enarrabat & interpretabatur, a legato Evangelio; Vide Apologiam August. Conf. artic. de Justific. pag. 62. de Monachis loco Evangeliorum Textus Aristotelicos prædicantibus, confer Colloquia Convival. Lutheri cap. I. pag. 19. itemque Lutheri Tom. IV. Jenens. Germ. fol. 248. Et adhuc hodie in Papatu Sacrificuli non solum Scholasticorum more coram indocto populo disputant, sed & humana commenta ac somnia, profanas & aniles fabulas, ac falsa atque pernitiola dogmata Verbo Dei miscent, hisque auditorum aures implere gaudent. Quædam in eos, quod de Gnoscicis Augustinus scribit Libro de hæresibus, cap. 6. *Tradunt dogmata fabulosissima plena significationis & illos, qui eis credunt, faciunt non multa, ut putant, scientiâ polleere, sed multa, ut ita dicam, fabulositate vanescere.* Bene D. Hildebrandus tract. de Veterum Concionibus cap. III. §. 37. *Cooperunt, inquit, Pontificii Legendas patrum tanquam veras historias pro concione referre, imo sæpe tales jocos & fabellas narrarunt, quas vix alibi, nedum in sancto illo loco referre decet. Præsertim hoc factum est in feriis paschalibus, unde natus est famosus ille risus paschalis, quem concionantes fabulis manifestè confictis, nec raro obscenis, in festo Paschæ excitare soliti sunt.* Alii confide-

randum hic omnino est, quid loci reverentia, quid populi religiosum silentium, quid muneris divini magnitudo postuler. Vera dicenda sunt, non mendacia; Scripturæ nō fabulæ, Dei præcepta, nō hominum somnia & commenta proponenda. Doceat Ecclesiasticus Orator, quæ cuilibet Christiano scitu & creditu ad salutē sunt necessaria, non superciliosam mundi hujus Philosophiā, non judaicas vel sophisticas fabulas 1. Tim. I. 4. 2. Petr. I. 16. non rationis argutias, aut humanas Traditiones. Quid enim paleis ad triticum? Jer. XXIII. 28. quid nugis hominum cum veritate Verbi divini? Hinc Paulus Timotheum suum informans, inquit; 1. Tim. IV. 7. *Ineptas & aniles fabulas rejice*. Sermonibus fidei & bonæ doctrinæ v. 6. opponit fabulas, easq; insignit duobus epithetis. *Fabulas* seu commenta hominum opponit veritati fidei, τὴν βεβηλότητα & *anilitatē* bonæ doctrinæ. Quidquid a veritate cœlesti alienum, fabulis accenser, quicquid cū fide pugnat, profanū ducit, quicquid à bona doctrina discrepat, nihili æstimat, quamvis sapientiæ plenum videatur, & ab antiquitate autoritatē habere, ut ait Joh. Crocius Com. in h. l. p. 172. Recte Casparus Sanctius Jesuita Comment. in Esaia cap. XLII. 3. pag. 441. *Elucet*, inquit, *divina patientia in fecerit*.

renda illius sive intemperie, sive vesania, qui
 quum se virum profiteatur Apostolicum & Eu-
 angelii praconem & vocem sive nuncium divini
 consilii, qualis est concionator, ipse tamen fabu-
 las meditatatur, & rugas magis aptas Theatrali
 turba, quam Ecclesiastica Concioni. Hieronymi
 sententia hic legi meretur, quæ habetur I. in
 Levitic. & citatur in Jure Can. distinct. 36. c. 3.
 Si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse, quam me-
 rito &c. Hac duo sunt Pontificis opera. ut aut à Deo
 discat, legendo Scripturas divinas & sapius meditan-
 do, aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo
 ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu,
 sed quæ Spiritus S. docet. B. D. Dannbawerus Tom. I.
 Theol. Conscient. part. II. spec. Dialog. III. pag.
 1016. quarit; An Asopici Apologi & fabule Concioni-
 bus miseri queant? Et respond. posse Apologos &
 fopicos h. e. sapientiæ sale conditos misceri
 modice, nō culeo spargi. Peccari hic in excessu
 à nugatoribus solet, (inquit porro) qui vento
 legendarum nō vero oves pavēre, ut jam olim
 conqvestus est Algerius Florentinus. Extat
 querela Nationis German. in gravamine XXI.
 huiusmodi pag. 366. Conducitū illi Pastores
 (an predones rectius quis eos dixerit, dubiū est,)
 simplici Christi plebecula pro Evangelii limpi-
 pidis.

pidisimo fonte, turbidas, procristas, ac ruderibus
 oppletas propinquat lacunas; dum legendas, quas
 vocant *Sanctorum*, nec ab Ecclesia receptas &
 gentilibus fabulis, quam Christiana & Buange-
 lica doctrina similiore ad populum Christi pu-
 blice in concione docent. Hoc mythologiae ge-
 nus castigat Apostolus &c. Adducit deinde B.
 D. Dannbauerus pro sententia sua verba Mat-
 thesi in historiâ Lutheri Concione 9. pag. 98.
 & 99. & addit, non raro illustrationis gratiâ
 fabulas e.g. de Pelicano & Phœnice & similes
 sine vitio, si id fiat cum *εὐσεβείᾳ* & occu-
 patione proferri. Verbo, removendæ sunt à
 Concionibus fabulæ ineptæ, aniles, vanæ, pro-
 fanæ, quæ risum quidem movent, animum ve-
 ro flectere, aut hominem ad salutem erudire
 nequeunt. Bene D. Chr. Chemnitius in Me-
 thod. Concionandi pag. 97. Est quidem, inquit
 in concionibus etiam apologis suis quandoque
 locus, sed non nisi prudenter adhibitis, & iis,
 quæ imaginem veritatis præ se ferunt. Quæ
 autem ineptæ sunt, & ridiculæ, simpliciter remo-
 vendæ & rejiciendæ sunt. Illud constat, Salva-
 torem nunquam usum esse Apologis, qui scilicet
 sunt rerum neque verarum, neque verissimi-
 mum.